

1502. ig 29. Octobris.

Ex m. J. Biblio. Zaluzki. No 255.

Littere ducis Magni ad Dominum cancellarium.

Ut presentium exhibitorum consiliarium suum Christianum Schrafferum regie mlti commendat.

Sexa No. 95. Ex mss. libl. Zaluzki, 255

Illustri domino Joanni Zamoyshi de Zamosie, summo regni cancellario, et generali exercituum regionum, capitaneo knisnin, Zamosien, ac amico et fratri nostro charissimo.

76

Illustris Domine, amice et frater charissime. Salutem et omnium rerum felicitatem Illustritati Vestre ab omnipotentia divina exoptamus. Illustris fautor, amice et frater dilectissime. Presentium exhibitorum, consiliarium nostrum Christianum Schrafferum, solum duem, consultorem et auctorem fuisse, quod nos a Moscho ad Sm Bm mltm Poloniæ, Dominum nostrum clementissimum, cum omnibus aribus ditionibusq nostris secessimus, eumq non sine facultatum suarum dispendio et vite periculo se, multorum suasionibus, qui nos Suetio patro inio libenter subijcissent, opposuisse, Illustritati Vestre satis innotuisse, plane confidimus. Quum igitur beneficentis iusta debeantur premia, et hic eorum, que S^e R^e mlti gratia fore arbitratus sit, diligentem rationem semper habuerit, atq iis bonis, que in ipsum pro fidelibus suis servitiis nobis ultra ^{sexdecim} annos prestitis, contuleramus, nunc privatus sit, nos vero ipsi mediocrem pecuniam summam, quam ab aliis principibus et civitatibus honeste collegit, quamq in nostrum necessarium usum prompti vigore nostri chyrographi debeamus, atq alia quedam bona in totius debiti, servitorumq nobis pre-

Nizynski

recompensam ipsi assignaverimus; Illu-
stritatem Vestram peramice rogamus, dignetur
ejus causam apud S^m R^m M^lhem, ~~et~~ quo confidi-
mus studio promovere, ut literae a nobis ipsi date
a S^a R^e m^lte confirmantur, ut nos eo debito non
solum liberemur, verum et is habeat, unde cum
suis vivere possit. In eo Illustritas Vestra nobis
prestabit summam benevolentiam, quam nos
omnis gratitudinis beneficio recompensabimus,
Illustritatem Vestram tutela Omnipotentis com-
mendantes. Date, in arce nostra Ambo^{te}n^{si}, die
29 octobris, Anno 1582.

Magnus.

[mmpa]